



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Med. I. De voto paupertatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

Pro VII. Die.

MEDITATIO I.

**DE VOTO PAUPERTATIS, SEU CON-**  
**TEMPTV DIVITIARVM A SACER-**  
**DOTE PROCVRANDO.**

Tessera.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis Populi  
eius. Ps. 115.

Punctum I.

Considera I. Quid sit vera paupertas; quod videlicet nihil aliud sit, quam Virtus, quam inordinatum rerum temporalium appetitum moderamur, neque plus de illorum usu nobis appetimus, quam quantum ad finem nobis praefixum necessarium judicabitur.

Considera II. Quanta sit virtutis hujus dignitas, nempe quod DEO similem faciat, utpote qui per totam antennam aeternitatem se solo contentus vixit; unde merito in S. Scriptura paupertas *altissima* vocatur.

Considera III. Quantò proinde in honore tu eandem habere debeas, & velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quanta coimoda sperare possis à Paupertate, si ejusdem fidelis cultor extiteris; Ea praeclare simul, & breviter indicasse videtur S. Ignatius, dum in Constitutionibus suis præcepit, ut sui filij eam tanquam Matrem colerent, quod quidem officium ipsa præclarè præstítit, & etiamnum præstat; nam 1. ipsa nos DEO & Religioni, aut Ecclesiae genuit, quia ex desiderio implendi illud mandatum Christi; *Vade, Ego te, qua habes, dà pauperibus, Ego eni, Ego sequere me: ingressi sumus Religionem, vel Statum Clericalem suscepimus.* 2. Illa nostram liberaliter alit, ut metu dicere possimus, nihil habentes, & omnia possidentes; aut illud S. Davidis de ea usurpare: *Domina Paupertas regit me, & nihil mihi deerit &c.* Tertio. Quia illa maximè procurat, ut in Scientia vera, id est, arte amandi DEUM proficiamus, quia removet potissimum impedimentum, scilicet amorem inordinatum temporalium rerum. 4. Illa ut materna pia in finum suum nos recipit, fortissimeque contra omnes hostes

hostes defendit; hinc à S. Ignatio, aliisque Sanctis misericordia Religionis vocatur. Et jam olim cantatum est: *cantans curus coram Latrone Viator*, qui scilicet nihil secum habet.

5. Quia in hac vita centupli, & in altera æternæ Beatiuitatis hereditatem certò procurat, juxta promissum Christi.

6. Quia in ipsa etiam morte, ut olim Mater Machabaeorum suis Filiis adstiterit, eosque animavit, ita & ipsa afflister, habbiturque, ut cælum aspiciamus, quod ob paupertatem nis promissum est, idoque ad finem usque perseveremus.

Considera II. Si Tobias cap. 8. inter præcipua Instrunctionis & Voluntatis suæ capita posuit istud, ut omnibus diebus Vitæ suæ junior Tobias reverentiam haberet Matti suæ, et non tu quoque de Paupertate eandem doctrinam velut a Redatore tuo, aut ipso Christo, dictam applicare, atque adeo filialem deinceps per totam vitam amorem erga eam ducere debeas?

Considera III. Quam ingratius hactenus erga hanc Matrem tuam fueris, & quomodo deinceps eam sero quidem, sed serio tamen tollere velis. Colloquium ad B. V.

### Punctum III.

Considera I. Quæ potissimum obsequia filialis erga hanc Matrem tuam amor exigat. Nimirum 1. Ut Matris tua non pudeat; hinc effectum illius frequenter, in cavendis v. g. superfluis, & defectu necessariorum in victu, vestitu &c. resistinendo experiri studebis. 2. Ut matrem tuam etiam in re minima offendere verearis, quod fieret, si aliqua re tanto quam propria utereris. 3. Ut ad matrem tuam in periculis aut necessitatibus configrias, id est, si concupiscentia magnorum honorum, divitiarum, voluptatum &c. tentent, mox memineris, te pauperem vitam amore Christi elegere, atque adeo talibus longe abhorrire debere. 4. Ut, quando admodum veri Filij lac maternum omnibus deliciis præfuerunt, ita & tu victu per paupertatem oblato magis, quam quocunque alio contentus sis, atque recreeris. 5. Ut si cum filij, quantum possunt, carent, ne ab aliis etiam mater sua ulla ratione laedatur; ita & tu sedulò allabores, ne paupertate quantum in te erit, ullatenus in Religione tua relaxetur; at aliud quocunque damnum patiaris.

Considera II. Quām longē tu adhuc absis ab hac perfe-  
ctione, quāmque adeò indignus hactenus fueris, tam copio-  
sos tantæ Matris favores experiri, ut potè qui toties & tam  
graviter eam offendere non sis veritus.

Considera III. Quonodo prædicta officia saltē deinceps tantò accuratius atque perfectius exhibere velis, quantò  
proh dolor, negligentius ea hactenus præstitisti. Colloq.  
ad Christum.

Pro septima Die.

M E D I T A T I O II.

*D E V O T O C A S T I T A T I S.*

Punctum I.

Considera I. Quare & Ecclesia Fundatores Religionum plerumque à suis Sacerdotibus & Religiosis tam perfectam, & quasi Angelicam Castitatem exegerint, videlicet idèo, quia sciebant, eos per votum castitatis ipsi Deo despontatos esse; si ergo tanta castitas, & fidelitas à sponsabus Principium hujus mundi requiritur, ut vel minima etiam ad alienos amores declinatio pro gravi culpa habeatur, quantò de testiblior erit sponsa, quæ fidem supremo rerum Domino semel datam violare ausa fuerit?

Considera II. Quid potissimum à te requirat perfecta castitas, videlicet, ut caveas tria vitia in cogitatione committi solita (negligentiam in repellendis turpibus desiderijs, morosam delectationem, & voluntarium consensum) tria in verbo (scilicet colloquia sensualia, parùm honesta, omnino turpia) tria in opere (nimirum aspectus, oscula, & tactus a copulásque inhonestas.

Considera III. An & contra quod caput ex istis hactenus peccatis, & quomodo deinceps tale peccatum vitare velis.

Punctum II.

Considera I. Quantos favores & voluptates sperare pos sis, si fidelis sponso tuo extiteris, & licet à pluribus procis, id est, sensibus proprijs, & carne ad adulterium provocatus, semper tamen generosè victoriam retuleris, neque unquam vel

*Institutio VIII.*

S s

mini-